



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

5 Capellania sine auctoritate ecclesiastica erecta, aut cuius Capellanus ad nutum patroni est amouibilis, non est beneficium ecclesiasticum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

- 34 Clausulæ, dummodo non sint plura, in illegitimorum dispensatione operatur, ut dispensatus unum, vel alterum, & non duo retinere possit.
- 35 Beneficium simplex per alterius incompatibilis affectuionem, quando vacat.
- 39 Beneficia uniformia in una Ecclesia sunt incompatibilia, non autem difformia.
- 40 Thesauraria, & Capellania sub eodem tecto cõpatibilia sunt.
- 41 Beneficia plura simplicia habens nullam cõsurã incurrit.
- 42 Legi bona fide auctoritate sui prælati contraveniens, non peccat.
- 43 Credulitas iusta, quod seruitiũ sit beneficio 40. annis per alium, a residentia excusat.
- 44 Beneficiarius a sententia iniusta priuationis appellans, si secuto compromisso possessionem continuauerit, coram Deo beneficium dimittere non tenetur.
- 45 Natus alibi ob fugam matris beneficium loci domicilij habere potest.
- 46 Possessio triennis de colorato titulo facit verum in utroque foro.
- 47 Dispensatio ad beneficium retinendum expressa una irregularitate, alia tacita, est subreptitia.
- 48 Accessus, & regressus qualiter differunt.
- 49 Pensionis translatio coram persona dignitatem non habete, non valet.
- 50 Pensionem transferens, eam sibi ad uitam reseruando, est simoniacus, sed non excommunicatus.
- 51 Parochus pensione constituta super sua parochiali ea lege ut 50. sibi libera remaneant, ordinaria onera subire tenetur.
- 52 Pensionem habens super beneficio, ad illius ecclesie reparationem tenetur, nisi pensio ab omni onere sit libera.
- 53 Pensionarius stylo curiæ pensiones decursas de fructibus beneficii a successore petere potest.
- 54 Valor beneficii verus per locationis instrumentum non probatur.
- 55 Beneficiarius pensionem promittens, ad eam etiam non adempta possessione tenetur, inique ab eo pãso accipi potest.
- 56 Pensio beneficalis sine Papæ auctoritate gratis remitti, sed non pretio redimi potest.
- 57 Pensio non est certa portio fructuum, sed ius percipiendi.
- 58 Pensio a patre in filium soluta ei, pro quo reseruata fuit certa pecunia, quatuor concurrentibus transferri potest.
- 59 Pensionarius horas recitans, quamuis clericaliter non viuatur, pensionem tamen non amittit, sicut nec beneficiarius fructus beneficii.
- 60 Pensionem pro laico solus Papa reseruare potest.
- 61 Pensio beneficalis, nec in alium transferri, nec pretio cassari, vel ad longũ tẽpus locari, sine Papæ consensu potest.
- 62 Beneficiarius redditibus abundans, superflua in usus uanos impendens peccat, & restituere tenetur.
- 63 Beneficiarius de patrimonio, & sua industria quasitis, sicut laicus, disponere potest.
- 64 Diuisio fructuum beneficii inter præcessorem, & successorem qualiter fieri debet.
- 65 Distributiones quotidiana horis interessentibus debentur.
- 66 Fructus quibus Canonicus propter absentiam priuandus est, operi pio, iudicis arbitrio applicari possunt.
- 67 Episcopus beneficia deuoluta, & reseruata unire potest.
- 68 Beneficiarij, licet bona laica habeant, de fructibus tamen beneficii se sustentare possunt.
- 69 Fructus beneficiorũ, ut tales, potestati laicæ non subiaccit.
- 70 Beneficiarius, qui ex tribus causis fructus restitueret debet, ex una condonationem impetrans, nihil agit.

- 71 Idoneus habitus ad clericatum non censetur statim ad beneficium habilis.
- 72 Edictum publicum proponere, an teneatur episcopus, vacante parochiali.
- 73 Plures parochiales sine dispensatione obtinens, ad illas, et alia beneficia obtinenda inhabilis est.
- 74 Canonicatus, & dignitas in eadem ecclesia ab eodem obtineri potest.
- 75 Capellania perpetua iuris patronatus, ad manualitatẽ per ordinarium reducta, desinit esse beneficium.
- 76 Distributiones quotidiana ab hæretico perceptæ quibus accrescunt.
- 77 Subreptitiã reddit gratiã omnis expressio falsi, quæ Pr in cipem ad facilius eam concedendam mouere potest.

DECISIO I.

Ex cons. 1. in vtrisque.

**E**T si laicus licite beneficiũ desiderare nequeat pro tempore quo laicus est, & indignus, & incapax beneficii ecclesiastici: c. ex literis, de transact. & c. cum adeo, de rescrip. potest tamen illud desiderare licite pro tempore, quo erit clericus, dummodo illud principaliter desideret, ut Deo seruiat, & secundario ad consequendos redditus, unde honeste viuat; Nec sic obtenturo beneficium necesse est absolutam voluntatem habere percipiendi sacros ordines, existente necessitate, vel utilitate ecclesie, sed sufficit habere voluntatem absolutam subeundi omnia onera beneficio de præcepto incumbentia tempore quo illud tenuerit, & assumendi sacros ordines iubente superiore; ex Gl. & communium in summa distin. 74. vel relinquendi beneficium.

DECISIO II.

Ex cons. 2. aliis 8.

**C**um beneficium presbitero conferendum, vel presbiterum actu susceptum tempore collationis, vel solũ gratiam habilem ad suscipiendum presbyteriũ require re possit; Gl. in c. cui de non sacerdotali, & c. ei cui, de præben. 6. collatio beneficii actu presbiterium requirentis, si nõ presbitero fiat, nulla est, nec aliquos consequenter beneficii fructus lucratur; Arg. c. 1. de reg. iur. in 6. secus tamen si presbiterium actu in collatio non requiratur, tunc enim satis est ut habenti ætatem, & qualitates requisitas a Concilio Trid. sess. 24. c. 4. de rescrip. conferatur: qui si infra annum non promoueat, voce, & suffragio in Capitulo carebit, & dimidium distributionum quotidianarum etiam diebus, quibus interest officijs Diuinis, & horas canonicas recitat, amittit ad easq; restituendas cogi potest, Cle. ei qui 2. responso, de æta. & qualit.

DECISIO III.

Ex cons. 3. deest in Nouis.

**B**eneficium curatum ante ætatem accipiens, aut eius possessionem sine titulo Canonico, vel non viuens clericaliter, vel horas recitare omittens, peccat mortaliter, beneficium acceptando ante ætatem, & horas omittendo, dummodo credat se ad eas recitandas teneri, cum contra conscientiam faciat, ad eas tamen dicendas talis verè non tenetur, eo quod beneficium vere non habet, cum collatio beneficii ante ætatem omnino sit nulla, ex Conc. Trid. sess. 24. c. 4. de rescrip.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. aliis 13. de electione.

**H**abens beneficium curatum, vel Prioratum regularem monachorum Nigrorum, cui annexa est cura per eundem exercenda infra annum ad sacerdotium promoueri tenetur, alias ipso iure beneficio obtento priuatur, c. licet canon. de elect. in 6. Clem. ne in agro, §. ceterum, de statu monach. & Feder. consil. 250.

DECISIO V.

Ex cons. 5. & 6. aliis 5. & 7.

**C**apellania sacerdotalis, quæ vel sine auctoritate ecclesiastica erecta est, vel cuius capellanus ex fundatoris voluntate, ad nutũ patroni amouibilis est, beneficiũ ecclesiasticum non censetur, eo quod omne beneficium ecclesiasticum, & auctoritate ecclesiastica fundari, & perpetuum

D 2 tuum

rum esse debet, nec nisi causa per iudicem ecclesiasticum cognita auferri potest, c. inuentum 16. q. 7. & c. satis peruersum d. 56. Et capellanus ad huiusmodi beneficium sacerdotale nominandus, ætatis legitime ad præbiterium suscipiendum esse debet, ita ut illud in proximis a iure statutis temporibus suscipiat, non tamen oportet ut actu præbiter sit, c. ei cui, de præb. in 6. & c. 2. de inst. in 6.

## DECISIO VI.

Ex cons. 7. alias 6.

- 6 **C**onstitutio siue synodalis, siue fudatoris, qua habens Capellani am ad Missam quotidie celebrandam teneatur, intelligenda est, quoties honestè & deuote id facere potest, c. significatum, de præb. & satis suo officio facit, quibus, aut ser in hebdomada celebrat, modo id non volu pratis, aut negligentiæ causa faciat sed causa honestatis, vel augendi deuotionem; aut alia simili iusta occasione.

## DECISIO VII.

Ex cons. 8. alias 3.

- 7 **B**eneficium omne seculare censetur nisi ex aduerso regulare esse probetur, vel ex eo quod in erectione illius statutum fuerit, ut sit regulare, & ei per regulares seruiatur vel per quadraginta annos continuos a regularibus, tanquam regulare fuerit possessum, cap. cum de beneficio, de præben. in 6. cum vel per erectionem, vel per gubernationem quadraginta annorum beneficia regularia fiant secularia.

## DECISIO VIII.

Ex cons. 9. alias 11. de statu Monachorum.

- 8 **C**um regularia regularibus, & secularia secularibus conferenda sint, c. vt possessiones, de reb. Eccl. non alien. & cap. cum de beneficio, de præb. in 6. & ex Concil. Trident. ses. 14. c. 10. de re licet beneficia curata regularia, siue per canonicos regulares regi consueta, canonicis Monasterij illius annexa sunt, sine vlla dispensatione, eo quod sunt regularia, & regularibus in titulum conferri possint, Arg. cap. cum singula, de præ. in 6. cle. 1. de supp. neg. præla. in d. cap. beneficio curata tamen secularia, non consueta regi per regulares præfati canonici absque Papæ, vel Episcopi dispensatione obtinere non poterunt ex Pan. in ca. Quod Dei timorem, de statu monac. & Rota de c. 5. de iu. patton. in nouis.

## DECISIO IX.

- 9 **V**icariatus perpetuus ecclesiæ parochialis vnitæ alicui Dignitati vel Monasterio, beneficium curatum est, & de iure ecclesiæ illius parochialis censetur: Clemen. 1. de off. vi. non tamen beneficium Regulare efficitur eo solo, quod Monasterio Regulari vnitum sit, nisi per literas vnionis, vel per consuetudinem præscriptam factum fuerit regulare: & vicarius ille ad præsentationem eius, cuius Dignitati ecclesiæ parochialis est annexa instituendus erit, c. extirpanda, §. qui vero, de præben. & Panor. ibi. quod ius præsentandi Vicarios vnitorum Concilium Tridentinum ses. 7. ca. 7. de ref. non tollit; Arbitrabitur tamen episcopus, an vicarij perpetui in ecclesijs vnitis instituendi sint, nõ obstante priuilegio literarum vnionum deponendo Vicarios temporales, cui expresse per idem Concilium derogatur: quod si male sine iusta causa id arbitraretur episcopus, & Vicarios temporales in perpetuos commutaret, ab eo appellari possit, ex Glo. recep. in ca. super his, ver. arbitrio, de accusa, & appellatio illa licet non suspenderet eius sententiam quo minus executioni mandaretur deuolueret tamè iurisdictionem ad Superiorem, qui æquitate causæ cognitâ illam reuocare debet, c. pastoralis de appell.

## DECISIO X.

Ex cons. 10. alias 10. de rescriptis.

- 10 **I**mpetratio plurium beneficiorum, quorum nullius valor ascendit ad summam viginti quatuor aureorum de camera, non efficitur nulla, eo quod in supplicacione, in qua petuntur quatuor beneficia talia, aut plura non exprimat valor verus omnium coniunctim; etiam si omnium simul valor ascenderet ad triginta, vel quadraginta scuta, & nullius valor per se ad decem: quia cum valor beneficij exprimi debeat & beneficia debite dispensari pos-

sint ex Pan. & Feli. in c. Ad aures de rescri. valor beneficij non ascendit ad summam viginti quatuor ducatorum non est necessario exprimendus, ex Gome. in reg. de valore benef. q. 8. cum in istis non magna fraus, aut dolus committi possit, & raro impetrari soleant.

## DECISIO XI.

Ex cons. 11. alias 1. de aet. & qual. oedin.

- 11 **L**ibere infantes & pueri ante decimum quartum annum beneficij sint incapaces, ex Coucil. Trid. ses. 24. ca. 6. de ref. & glo. in c. si eo tempore de rescri. in 6. ordines tamen minores ante legitimam ætatem suscipiendo suspensionem non incurrunt; sicut promoti ad maiores eam incurrunt, si ante legitimam ætatem promoueantur. Exti. Cũ ex factotũ,

## DECISIO XII.

Ex cons. 12. alias 10. & 19.

- 12 **I**re antiquo beneficia plura simplicia, & compatiblea quæ continuam residentiam secundum consuetudinẽ præscriptam non exigebant, tenere licuit, dummodo alterum ad honestam beneficiarj sustentationem non sufficeret, ita gl. in c. dudum, 2. de elect. Pap. in c. extirpanda, §. qui vero de præb. & Nau. in Man. c. 25. num. 125.

## DECISIO XIII.

Ex cons. 13. alias 9. de rescriptis.

- 13 **I**mpetrans beneficium a Papa tacito alio, quod obtinebat, eo quod volebat statim illud relinquere, credens bona fide quod non tenebatur illud relinquere, ob igno rantiam facti non peccat, c. gratia de rescri. in 6. gratia tamen beneficiaris ob tacitum bona fide beneficium obtentum, ipso iure nulla est; c. si motu proprio, de præb. in 6. & Feli. in c. super literis, de rescri. in 6. nec ob ignorantiam iuris tam antiqui, & tam clari excusatur, cap. cum adeo c. si proponente de rescri. in 6. cle. 1. de præben. & c. ignorantia, de re iur. in 6. sed noua tituli reformatione indiget, ca. 1. de re iur. in 6.

## DECISIO XIV.

Ex cons. 14. alias 11.

- 14 **Q**uamuis quis plura beneficia simplicia, & præstimo- nia obtinuit ante Concilium, quam siue honestè sustentationi requirantur, illa tenere valet dando superflua pauperibus, vt ait Card. in clem. gratia, de rescri. & Nauar. in Ma. ca. 25. num. 128. si tamen illa post Tridentinum ses. 24. c. 17. de ref. obtinuit, retinere non potest, etiam si sint simplicia, & compatiblea, sed tantum vnum illorum, vel duo quod, vel quæ sibi honestè sustentantur sufficiunt.

## DECISIO XV.

Ex cons. 15. alias 8. de penit. & remiss.

- 15 **C**onfessarius habentem plura beneficia, antequam audiatur interrogare debet an ea licite retineat, vt asserit Caie. ver. interrogaciones confessarij cum probabiliter dubitare possit de iusta causa retentionis; in dubio autem illi absolueret tenetur, quia iusta aliqua causa subesse potest, & dispensatio, quæ illum saltem a mortali peccato excuset, quam non tenetur confessario ostendere, si non vult.

## DECISIO XVI.

Ex consilio 16. alias 17. de cler. non resid.

- 16 **O**mnis beneficium residentiam requirens & ab Episcopo licentiam petens, vt causa non diorum abesse possit, cum animo vt de fructibus illius sibi provideat in studio, donec gradum assumat, & postea eo assumpto beneficium illud resignet, & clericaliter viuendo meliorem conditionem sibi acquirat, non peccat, dummodo eo sit animo, vt ornata, quæ beneficium requirit de præcepto, præstet, donec illud retinuerit, nec alicui iniuriam aliquam faciat, sed suo tantum iure vitur, c. cū Ecclesia vultetana, de el.

## DECISIO XVII.

Ex cons. 17. alias 11. de rescriptis.

- 17 **S**icut electo ad aliquam dignitatem nolente consentire Selectioni de se facta, vel renunciantem iuri sibi quæsit, vel moriente, antequam electio confirmetur, ius eligendi ad primos electores redit: qui habebunt tantum tempus ad eligendum denuo, quantum habuerit ante primam electionem; c. elect. de ele. in 6. ita nominato ad ecclesiã parochialem per concursum, iuxta formam Conc. Trid. ses. 24. c. 8. de ref. renunciantem, moriente, vel alias ius quod habebat perdeat, antequam ipse instituat, redit potestas pro-